



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Flavia Domitilla V. & M. 7. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

7. Maii. VITÆ SANCTORUM. 295  
Ea fuit *Virgo*, & *amatrix Virginum*: Si  
ergo cum corpore mentemque castam ha-  
buerimus, inhabitantem ejus gratiam pos-  
sdebimus. S. Io. Damasc. serm. de Ass.  
B. M. V.

S. FLAVIA DOMITILLA V. & M.  
7. Maii.

**A** Dornabat in centesimum *Christi*  
annum FLAVIA Aurelio despon-  
sa nuptias, & ad nuptias sese imprimis:  
cum Nereus & Archilleus, qui à cubicu-  
lis illi erant, sollicitam moverunt, ut eam  
in comendo curam cælo impenderet, i-  
ta fore, uti sponsum *Christum* nancisce-  
retur. Audiit illa tam salubria monen-  
tes, repudiatoque mortali sponso, im-  
mortali nubentem Clemens Pont. Max.  
ex more *Christiano*, flammeo invol-  
vit. Consilium hoc optimum etiam ip-  
sis auctoribus fuit. Nam duo egregii il-  
li Paranymphe mox Martyres coronam  
primi nuptialem abstulerunt: at FLA-  
VIA in exilium missa, dura atque aspe-  
ra multa perpeffa est. Post cum Theodo-  
ram atque Euphrosynam, quæ ad Aure-  
lii amores iterum illam abstrahere nite-  
bantur, in suam etiam sententiam per-  
traxisset, & ipse Aurelius dum choreas  
ductaret, subito fato corruens, mortuales  
fecisset, quas nuptiales putaverat; ira  
ardens hujus germanus Luxarius, ad-  
bus,

T 4

bus,

296 VITÆ SANCTORUM. 8. Maii.  
bus, in quibus DOMITILLA cum ge-  
minis, quas memoravimus; Virginibus  
agebat, ignem subjecit. Sed nempe tam  
sanctis nuptiis ille sic tædas præluxit;  
sponsarum verò postridie corpora, ut à  
Cupidinis, sic à tyranni etiam ignibus  
integra fuerunt, & à tam sanctis flam-  
marum spoliis hodie Eluacum Germaniæ  
civitas splendet. *Ex Surio.*

*Despiciendus à nobis hic mundus fuerat,  
etiam si rebus prosperis demulceret animum.  
At postquam tot flagellis premitur, tot nobis  
quotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud,  
quàm, ne diligatur, clamat? S. Greg.  
l. 3. Dial.*

S. AMATUS CONF. 8. Maii.

**A**MATO Saludecium patria fuit. Pa-  
rentibus in tenerâ ætate amissis, mul-  
ta tulit, fecitque puer & adolescens, et-  
jam viris imitanda. Amor castitatis pri-  
ma illi bella excitavit, feminâ classicum  
cantante, proprio sexûs sui genio. Ea  
fratri AMATI nupta, filiam, quam  
priori conjugio tulerat, cum AMATO  
sponsam obtruderet, repulsam ultimis  
odius ultra est, quibus etiam fratres col-  
lisi sunt, exiguo tamen AMATI in-  
commodo, deputantis in lucro, si virtu-  
tis causâ nomen suum amitteret, fieret-  
que exosus. Numinis tamen benevolen-  
tiam omnibus officiis captavit, in paupe-  
res